

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Honestas d  
cum uariis

Ecce torpent ingenia desidiose iuuentutis, nec in unius honestate rei labore uigilatur; sompnus langorque et sompno et langore turpior malarum rerum industria inuasit animos; cantandi saltandique obscena studia effeminatos tenent; et ad muliebres blandicias extenuare uocem, mollicia corporis certare cum feminis et immundissimis se excolere immundiciis nostrorum adolescentium specimen est, expugnatores aliene pudicie, negligentes sue.

Seneca in rethorica.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

honestate] honeste P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; saltandique] salutandique P V<sup>1</sup>; excolere] extollere P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; specimen] specime V<sup>2</sup>; est] qui sunt *add.* L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; aliene] immundicie *add.* P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; pudicie] pudicie C